



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 131. Oliverius Damus a Galliarum Rege ad Ducissam missus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

tiorum genere deformem, tori sui soci- Sæcul. XV.
um sibi eligeret. A.C. 1477.

§. CXXXI.

*Oliverius Damus a Rege ad
Ducissam missus.*

Attamen Ludovicus Rex, licet rerum
ignarus, Ducissam a tam indignis nu-
ptiis exemit. Cum enim illam ad suas
partes clam pertrahere vellet, hinc in
Flandriam misit hominem quemdam in
oppido Odenfordia haud procul a Gan-
davo natum, qui ingenii sui acie, ac
morum affabilitate Ludovici Regis gra-
tiam aucupatus, primum in Barbitonfo-
rem ab eo assumebatur, demum honori-
fico nomine Oliverii de Damo seu Dando
decoratus est. Cum idem Flandrici idio-
matis gnarus, facile Gandavo oriundus
crederetur, Ludovicus hunc præ ceteris
idoneum reputabat, ut eum ad Ducissam
ablegaret, nullis tamen regiis literis mu-
nitum; dato solum verbotenus negotio,
ut Ducissæ Burgundiæ remotis arbitris
exponeret, Regem vehementer illius vi-
cem dolere, eidemque postea suggereret,
ut secum conferret de mediis, quibus, si
ad Gallorum partes accedere vellet, a
Gandavensium tyrannide eripi posset,
demum exploratis horum animis ac pro-
pensione in Gallos comperta, Gandaven-

le Daim.

*Commin. 1.5.
cap. 17.*

Sæcul. XV. sibus promitteret, Regem illis, si sua in
A.C. 1477. eum studia collaturi essent, avita illorum
 privilegia redditurum.

§. CXXXII.

*Utraque Burgundia a Ludovico
occupata.*

Oliverius accepto negotio nomen Co-
 mitis de Meulania mentitus, muta-
 tis vestibus proficiscitur, ac literas publi-
 cæ fidei testes Ducissæ Senatui exhibet:
 nunquam tamen secreti cum illa colloqui
 copiam obtinuit, tandem vero, quod ali-
 quibus notior esset, detecta fraude, mi-
 nisque in eum intentatis perterritus,
 Tornacum præcipiti fuga contendit, ubi
 non minus quam in ipsa Francia ab omni
 metu atque insidiis vacuus præfatam ur-
 bem dolo cepit, ac portarum excubias
 auro corrupit, demum vero quibusdam
 Gallorum copiis clam introductis liberum
 ad urbem aditum paravit. Gandaven-
 ses, ut Gallos inde propellerent, nulla
 mora Adolphum de Geldria cum valido
 milite ablegant, polliciti, se eo reduce
 Ducissam ad pangenda cum illo nuptia-
 rum fœdera compulsuros. Verum Adol-
 phus in proelio occubuit, & ingens, quam
 Ducissa ex ejus morte ceperat, lætitia
 non parum mitigabat dolorem, quem ob
 utriusque Burgundiæ jacturam concepe-
 rat;